

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Terenti Varronis de lingua latina libri

Varro, Marcus Terentius

Berolini, 1885

Liber VIII

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-5449](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-5449)

[M. TERENTI VARRONIS
DE LINGUA LATINA

LIBER VIII EXPLICIT. INCIPIIT

LIBER VIII.]

§ 1 1. . . nesciunt docere quam discere quae ignorant, in
(p. 457 Sp.) quo fuit Crates, nobilis grammaticus, qui fretus Chrysippo,
homine acutissimo, qui reliquit *περὶ ἀνωμαλίας* III libros,
contra analogian atque Aristarchum est nixus, sed ita, ut
scripta indicant eius, ut neutrius videatur pervidisse volun- 5
tatem, quod et Chrysippus, de inaequabilitate cum scribit ser-
monis, propositum habet ostendere similes res dissimilibus
verbis et dissimiles similibus esse vocabulis notatas, id quod

ὁμοειπέα
ὁμοειπέα

F. fol. 23 nesciunt . . fieri et meli

M. Terenti . . VIII om. libri. 'id quod Victorius supercilio pagellae in F ascriptum fuisse tradit Liber VIII nunc deletum est incertis tantum umbris relictis' Groth. — 2 chrisippo F. — 3 reliquit] reliquit sex libros Aldus. — perianomalias F, *περὶ ἀνωμαλίας* a, lacunam G, *περὶ τῆς ἀνωμαλίας* vulg. ex B. — III libros] lei (vel iei) libri F (Keil), iei (vel lei, corr. ex lii) libri ut vid. F (Groth), lei libri ceteri nisi quod lei librei H. hi libri Laetus, his libris Aldus. 'in lei vel iei numerus librorum latere videtur sive III, ut Anonymus, sive IIII libros, ut Diogenes tradit' LSp Comment. p. 9. — 4 ἀναλογίαν a. — aristarcum F. — 6 chrisippus F. — sermonis] B, Henr. Stephanus, sermones F. — 8 dissimiles similibus] dissimilibus similes F. similibus dissimiles Steinthal Gesch. d. Sprachw. p. 356, Madvig Adv. II, 175. 'fort. ostendere [similes] res dissimiles similibus [verbis] et dissimilibus similes esse vocabulis notatas' LSp, ostendere similis res dissimilibus verbis et dissimilis similibus esse notatas Wilmanns p. 14.

A. 7-7 : introduction : de analyse - construction - valeur : in usu legum?

3. cinema of Vahlen, ind. Gerl. Nord. 1899/1900 p. 6. f. D.L. 7, 192
Simplic. Br. Cal 1006 CA6v.

* cf. Vahlenmann, VIII, p. 622.

se nota per leges. P. consequenter & incomparabiliter
per inductio & regularitatem inductio
p. 396, 28.
April. April. 214, 2. inductio
Sextus adv. gramm. 1907.

f. fol. 2, 21, 24.

est verum, et ~~cum~~ Aristarchus, de aequabilitate cum scribit
 [et de] verborum, similitudinem quandam [in] inclinatione, se-
 qui iubet, quoad patitur consuetudo. Sed ii qui in loquendo § 2
 partim sequi iubent nos consuetudinem partim rationem, non (p. 458 Sp.¹)
 5 tam discrepant, quod consuetudo et analogia coniunctiores
 sunt inter se quam iei credunt, quod est nata ex quadam § 3
 consuetudine analogia et ex hac . . . consuetudo ex dissimi-
 libus et similibus verbis eorumque declinationibus constat,
 neque anomalia neque analogia est repudianda, nisi si non
 10 est homo ex anima, quod est [homo ex anima quod est] ex
 corpore et anima. Sed ea quae dicam quo facilius pervideri § 4
 possint, prius de trinis copulis discernendum; nam [cum] con-
 fusim ex utraque parte pleraque dicuntur, quorum alia ad
 aliam referri debent summam; primum de copulis naturae et
 15 usuis; haec enim duo sunt, quod ~~nelegunt~~, diversa, quod (p. 459 Sp.¹)
 aliud est dicere [esse] verborum analogias, aliud dicere uti
 oportere analogiis. secundum de copulis multitudinis ac finis,
 utrum omnium verborum dicatur esse analogia [an usus] an

1 verum] uerbum *per compend.* F, *corr.* Aldus. — cum] quod Müller, *secluserit* LSp. — aristarchus sic hoc loco F. — cum scribit] conscribit F. *corr.* Müller. — 2 et de] et de F (Keil), et de *deleto* de F (Groth), et GH a, *secluserit* LSp. — similitudinem] F GH a, similitudine ceteri. — quandam] LSp, Groth *in notis*, quarumdam F, quorumdam H, Aldus. *infra* p. 196, 20 quodammodo, *idque hoc loco antea scripserat* LSp. *conf.* Reiter p. 52. — in inclinatione] *scripsi*, inclinationes F, in declinatione LSp. — sequi] nos sequi *proposuit* C. F. W. Müller p. 868. *prob.* Groth., *idem adscripsit* LSp. — 3 ii] iei Scioppius. — 4 iubet F, *corr.* Victorius, vulg. — 6 iei] F, Scioppius, iei GH V ap, hii M, hi Laetus, hi qui B. — 7 hac . . . consuetudo] *lacunam indicavit* LSp, *haec supplet* Müller: hac consuetudine item anomalia, itaque consuetudo. *'fort.* hac consuetudine item anomalia; quare quoniam consuetudo' LSp. *conf.* Christ Philol. XVI, 458, LSp XVII, 296 sq. — 8 eorumque] LSp, eorum quod F. — 10 *seclusa om.* Vp, ex anima quod est *delet* vulg. ex B. — 12 cum] *del.* Müller. — 13 quorum] Aldus, quarum F. — 14 copulis *corr.* ex copulae ut *vid.* F (Groth), copulis *litteris is prima man. in ras.* F (Keil). — 15 usuis] LSp Emend. spec. p. 9, suis F. — quod] quae Laetus. — *nelegunt]* *scripsi*, erigunt F, exigunt M, Laetus. *'verba quod erigunt abundare videntur'* LSp. — 16 dicere esse] LSp, Christ, dicere libri. — 18 analogiarum usus Müller. *'fort.* an usus *del.* ut *adscripta ad corruptum illud suis emendandum'* LSp Emend. spec. p. 9 quem *secutus sum.*

- maioris partis. tertium de copulis personarum, qui eis debent
 § 5 uti, quae sunt plures. Alia enim populi universi, alia singulorum, et de iis non eadem oratoris et poetae, quod eorum non idem ius. itaque populus universus debet in omnibus verbis uti analogia et, si perperam est consuetus, 5
 corrigere se ipsum, cum orator non debeat in omnibus uti, quod sine offensione non potest facere, cum poeta transilire
 § 6 lines impune possit. Populus enim in sua potestate, singuli
 (p. 460 Sp.¹) in illius; itaque ut suam quisque consuetudinem, si mala est,
 X corrigere debet, sic populus suam. ego populi consuetudinis 10
 non sum ut dominus, at ille meae est. ut rationi optemperare debet gubernator, gubernatori unusquisque in navi, sic populus rationi, nos singuli populo. Quare ad quamcumque summam in dicendo referam si animadvertes, intelleges,
 + utrum dicatur analogia esse an uti oporteret redigeretur dici 15
 id in populum aliter ac inde omnibus dici in eum qui sit in populo.
 § 7 2. Nunc iam primum dicam pro universa analogia, cur non modo videatur esse reprehendenda, sed etiam cur in
 (p. 461 Sp.¹) usu quodammodo sequenda; secundo de singulis criminibus, 20
 quibus rebus possint quae dicta sunt contra solvi, dicam ita

F. fol. 23 b utrum dicatur

1 qui eis] 'fort. quae iis' LSp. — 3 iis] leis GMVap, lis H, his Laetus. — 6 se ipse vulg. — debet H. — 7 cum del. LSp. — poeta] LSp, poetae F. — 8 possint GHMa Laetus. — 11 ut del. Victorius, H. Stephanus. — 13 nos] non F, corr. Laetus cum B. 'fort. del. nisi intercidit aliquid ut non singulis, singuli' LSp. — 14 'scrib. animum advertes' LSp. — 15 uti oporteret] uti oportere ea et quom poscitur ut usus ad id quod oporteret Müller, uti oporteret, redigere vulg. ex B. 'fort. uti oportere et redigere' LSp. idem Reiter qui p. 41—43 reliqua sic conformat: oportere et redigere ad eam verba, tum dici id in populum aliter ac in eum qui sit in populo. intacta reliqui verba corrupta. — 16 ac] atque homo doctus (Faernus?) apud Augustinum. inde omnibus dici om. Müller. 'fort. aliter inde in omnibus' LSp. — 'fort. qui est' LSp. — 19 non modo non Stephanus, Perizonius, Rosenhein (Seebode neues Archiv II, 2 p. 94). — non reprehendenda Vertranianus.

oct 17

J 117/15
17

pro analogia maffordis

B. 1) pro lucerna analoge
cur in usa reperit
8-36

ut generatim comprehendam et ea quae in priore libro sunt dicta et ea quae possunt dici atque illic praeterii.

3. Primum quod aiunt qui bene loqui velit consuetudinem sequi oportere, non rationem similitudinum, quod alterum si neglegat sine offensione facere non possit, alterum si sequatur quod sine reprehensione non sit futurum, errant, quod qui in loquendo consuetudinem sequitur, non sine ea ratione qua oportet uti [sequitur].

4. Nam vocabula ac verba quae declinamus similiter, ea in consuetudine esse videmus et ad eam conferimus et, si quid est erratum, non sine ea corrigimus. Nam ut, qui triclinium constrarunt si quem lectum de tribus unum imparem posuerunt aut de paribus nimium aut parum produxerunt, una corrigimus et ad consuetudinem communem et ad aliorum tricliniorum analogias, sic si quis in oratione in pronuntiando ita declinat verba ut dicat disparia, quod peccat redigere debemus ad ceterorum similium verborum rationem.

5. Cum duo peccati genera sint in declinatione, unum quod in consuetudinem perperam receptum est, alterum quod nondum est et perperam dicatur, unum dant non oportere dici, quod [nondum] sit in consuetudine, alterum non conce-

1 comprehendant F, corr. Aldus. — priori Laetus. — 2 atque F. — 4 similitudinem M. 'fort. del. nisi reposueris et similitudinem' LSp. an similium verborum ut v. 17? — 5 alterum . . alterum] 'fort. alteram . . alteram' LSp. — 6 si non sequatur . . reprehensione sit futurum Stephanus. — sine] non sine GH. — errant] erat F, corr. vulg. — 7 sequitur non sine ea ratione qua oportet uti sequitur] scripsi, qua oportet uti sequitur non sine ea ratione F. sequitur, eam sequitur non sine ratione Müller. 'fort. consuetudine qua oportet utitur, eam sequitur non sine ratione, nisi potius fuit simpliciter sequitur rationem verbis non sine ea ex inferioribus male translatis' LSp. conf. Christ Philol. XVI, 458, LSp XVII, 295. — 10 ea] 'fort. et, aut del.' LSp. — ad eam] ad ea F, corr. vulg. ex B. — 13 aut de] ac de H. — 14 comunem F. — 15 in oratione in pronuntiando] 'alterutrum abundat, nisi malis in oratione pronuntianda' LSp. — 17 debemus] ad consuetudinem communem et addit Christ p. 459, probat LSp XVII, 296. — 18 'fort. peccandi' LSp. — in declinatione] LSp, Groth, indeclinationum F, declinationum Laetus. fort. in d. verborum. — 20 et] ut C. F. W. Müller p. 868. — dicatur] dicitur Scioppius. 'fort. declinatur ut § 35, sed illud § 14, 17' LSp. — 21 nondum] LSp, om. libri, non add. Augustinus, 'nisi potius verba

mibi in verbum
quidem videtur
mutandum esse

- ditur quin ita dicatur, ut sit similiter cum id faciant ac, si quis puerorum per delicias pedes male ponere atque imitari vatias coeperit, hos corrigi oportere si concedant, contra si quis in consuetudine ambulandi iam factus sit vatia aut con-
- § 11 pernīs, si eum corrigi non concedant. non sequitur ut stulte 5
faciant qui pueris in geniculis alligent serperastra, ut eorum depravata corrigant crura? Cum vituperandus non sit medicus qui e longinqua mala consuetudine aegrum in meliorem
(p. 464 Sp.¹) traducit, quare reprehendendus sit qui orationem minus valentem propter malam consuetudinem traducat in meliorem? 10
- § 12 6. Pictores Apelles Protogenes, sic alii artifices egregii non reprehendendi, quod consuetudinem Miconos, Dioros, Arimmae, etiam superiorum non sunt secuti, Aristophanes improbandus qui potius in quibusdam veritatem quam consuetudinem secutus? 15
- § 13 7. Quod si viri sapientissimi et in re militari et in aliis rebus multa contra veterem consuetudinem cum essent usi laudati, despiciendi sunt qui potiore dicunt oportere esse consuetudinem ratione.
- § 14 8. An cum quis perperam consuerit quid facere in civitate, non modo patiemur, sed etiam poena afficiemus, idem
(p. 465 Sp.¹)

quod sit in consuetudine *del. sunt* LSp. — concedunt GHa. — 1 sit similiter] si similiter F, si *om.* GM, sit simile Laetus. — id] idem Stephanus, Scioppius. — si qui... coeperint Scioppius. — 3 ceperit F. — concedat F, *corr.* Aldus. *vel* concedatur. — 4 sit *corr.* ex eit F (Keil), *corr.* ex est it F (Groth). — conpernis *sic* F. — 5 concedat F, *corr.* vulg. oportere non concedant Scioppius. — sequatur LSp *sic interpingens* concedant, non sequatur ut. *ego interrogationis signum posui post crura.* — 7 vituperandus] GH, Victorius, detuperandus FVMap, deculpandus Laetus, culpandus vulg. — 10 traducit M, Laetus, traducta Vp. — 11 si pictores Bergk. — appelles F. — artifices] *sic* FGMV. — 12 myconos F. — dioros arim. me F, dyorosari me H, dioros arim me GMap, diorosam me V¹, Dioris Arimnae vulg. ex B, Dionysii, Arimnesti superiorum Bergk Philol. XXX, 682. — 13 etiam] et aliorum vulg. ex B. *conf.* Keil Observ. crit. in Cat. et Varr. p. 29, Reiter p. 9 sq. — 14 ueteritatem F, *corr.* p, Laetus. — 17 multa] multis Veneta. *fort.* multa mutatione *vel* novitate, *cf.* § 20' LSp. — 18 sunt *om.* B, Laetus. *fort.* laudati sunt, despiciendi qui' LSp. — 20 consueuerit V, Laetus. — 21 modo] modo non vulg. ex B. *fort. del.* LSp. — penam F, *corr.* Ga, Laetus.

hinc - mala conuictio : obverte nomen . si Rostkum . et al . B.
= conuictio?

l. 11 pro 'sic alia' Nauvinius (Anastroph. Byz. fr. p. 269, 4) dubitauerit ei, 'Silaris'?

conuictio et ratio opponuntur altera alteri,
cum aliopari conueniant.

transición física a también agua: empujamiento de la
tercera: fin pedregalito, retórico / Spindlychey ~
Schulzgerch Blade - Spind - Blade ~ Blade.

Natio se consultado: in. Eudley
Cuyen: de facto hinc proprio de de.
|| Stipa: congrua - non ubi

paris del foro y del teatro } Zoochpaukhin
importancia de las poetas. } Risher - de de

si quis perperam consuerit dicere verbum, non corrigemus, cum id fiat sine poena?

9. Et hi qui pueros in ludum mittunt, ut discant quae § 15
nesciunt verba quemadmodum scribant, idem barbatos qui
5 ignorabunt verba quemadmodum oporteat dici non docebi-
mus, ut sciant qua ratione conveniat dici?

10. Sed ut nutrix pueros [a lacte] non subito avellit a § 16
consuetudine, cum a cibo pristino in meliorem traducit, sic (p. 466 Sp.¹)
maiores in loquendo a minus commodis verbis ad ea quae
10 sunt cum ratione modice traducere oportet. Cum sint [in]
consuetudine contra rationem alia verba ita ut ea facile tolli
possint, alia ut videantur esse fixa, quae leviter haerent ac
sine offensione commutari possunt statim ad rationem corrigi
oportet, quae autem sunt ita ut in praesentia corrigere
15 nequeas quin ita dicas, his oportet, si possis, non uti; sic
enim obsolescent ac postea iam obliterata facilius corrigi
poterunt.

11. Quas novas verbi declinationes ratione introductas § 17
respuet forum, his boni poetae, maxime scenici, consuetudine (p. 467 Sp.¹)
20 subigere aures populi debent, quod poetae multum possunt
in hoc; propter eos quaedam verba in declinatione melius,
quaedam deterius dicuntur. Consuetudo loquendi est in motu;
itaque solet fieri ex meliore deterior, [ex deteriore] melior;
verba perperam dicta apud antiquos aliquos propter poetas

F. fol. 24 ore deteriora . . declinari

2 pena F. — 3 'fort. et qui . . mittimus' LSp. — 4 'fort. quae ignorabunt' LSp. — 6 sciant] 'fort. discant' LSp. — 7 'a lacte abundare videtur' LSp. — 9 maiores in] in maioris F, corr. Müller. — a minus] animus F, corr. vulg. — 10 in] addidit Veneta. — 11 ratione F. — 12 herent F. — 13 possint F, corr. Aldus. aut possunt aut ut possint C. F. W. Müller p. 869. — statim] Si enim F, quae in rasura scripta esse testatur Groth, corr. Müller. — 14 autem] aū F, tamen p, tum M, Laetus. conf. Reiter p. 31. — ante sunt in F ad rationem scripta sed deleta sunt. — impraesentia F (Groth). — 18 rationes F, corr. Laetus. — 20 possint F, corr. Rholandellus. — 23 ex meliore deterior, ex deteriore melior] LSp, et meliore deteriora meliora F cum ceteris (nisi quod a meliore ab initio V), ex meliore deterior. meliora vulg. ex B, et melior e deteriore et deterior e meliore et Ant. Miller. — 24 dictam FMVp, dictum Laetus.

non modo nunc dicuntur recte, sed etiam quae ratione dicta sunt tum, nunc perperam dicuntur.

§ 18 12. Quare qui ad consuetudinem nos vocant, si ad
(p. 468 Sp.¹) rectam, sequemur; in eo quoque enim est analogia; si ad
eam invitant quae est depravata, nihilo magis sequemur, nisi 5
cum erit necesse, quam in ceteris rebus mala exempla; nam
ea quoque, cum aliqua vis urget, inviti sequemur.

13. Neque enim Lysippus artificum priorum potius est
vitia secutus quam artem; sic populus facere debet, etiam
X § 19 singuli, sine offensione quod fiat populi. Quom amissa [non] 10
modo quaerant, sed etiam quid indicent, idem, ex ser-
mone si quid deperit, non modo nihil impendunt ut requirant,
§ 20 sed etiam contra indices repugnant ne restituatur? Verbum
(p. 469 Sp.¹) quod novum et ratione introductum quo minus [ut] recipiamus,
vitare non debemus. 15

14. Nam ad usum in vestimentis aedificiis suppellectile
novitati non impedit vetus consuetudo; quem enim amor as-
suetudinis potius in pannis possessorem retinet quam ad nova
vestimenta traducit?

15. An non saepe veteres leges abrogatae novis ce-
dunt?

1 dicantur M, Laetus. — 2 nunc] num F, corr. vulg. — 4 in
ea Stephanus. — enim quoque vulg. — 5 nichilo F. — sequemur
in eo quoque nisi F *deletis* in eo quoque. — nisi] quam nisi Müller,
prob. LSp. — 6 necesse quam] *scripsi*, necesse sequar libri. 'sequar
fort. del.' LSp. — 7 sequemur] sequimur vulg., sequamur B, Laetus.
— 8 lysippus F. — artificum G. — 9 vitia secutus quam] *scripsi*,
vitiosa quam libri, vitiosa secutus quam Laetus. '*fort.* vitiosa quam
artem secutus' LSp. — sic] si sic Müller. — etiam] et Scioppius,
'*fort. del.*' LSp. *conf.* Reiter p. 9 sq. — 10 quom] *scripsi*, qui F. —
non] *addidit* vulg., '*malim non amissa modo*' LSp. — 11 querant F,
quaerunt LSp. — 11 quid] *scripsi*, quod F. '*fort.* qui *vel* quae' LSp.
— indicij] *scripsi*, indicium F. — det Laetus. — 12 nichil F. —
13 restituantur F, corr. Veneta. — 14 nouum *ut vid. corr.* ex
nouum F (Keil), nouum *corr.* ex nouam *ut vid.* F (Groth). — ut]
del. Vertranius. *an fuit id?* — 16 suppellectilis F, supellectili vulg.
ex B, quod supellectile *scripsi*. — 17 '*fort.* novitatem' LSp. *conf.*
Schol. Iuven. 14, 49. — 18 quam] quem F, corr. Victorius, vulg. —
20 sepe F.

f. part. Arabum de semore a parte adhibenda.

ratio - analogia } omnia possunt inter
consuetudo - anomaliam } se recipi

consuetudo recta = analogia

Longe : opusis hujus

de novitatibus nova : metonymia (cf. Fort. q. II^o,
aspect.)

contra arduum

exemplum: arte - musa



De analogia comica : q. G. de a. Rev. n. 407.

Protonis 1^o

16. Nonne inusitatis formis vasorum recentibus e Graecia § 21
 adlatis oblitteratae antiquae consuetudinis sinorum et capu- (p. 470 Sp.¹)
 larum species? his formis vocabulorum incontaminatis uti
 nolent quae docuerit ratio propter consuetudinem veterem?
 5 et tantum inter duos sensus interesse volunt, ut oculis sem-
 per aliquas figuras supellectilis novas conquirant, contra auris
 expertis velint esse?

17. Quotus quisque iam servos habet priscis nominibus? § 22
 quae mulier suum instrumentum vestis atque auri veteribus (p. 471 Sp.¹)
 10 vocabulis appellat? sed indoctis non tam irascendum quam
 huiusce pravitatis patronis. Si enim usquequaque non esset § 23
 analogia, tum sequebatur, ut in verbis quoque non esset,
 non, cum esset usquequaque, ut est, non esse in verbis.

18. Quae enim est pars mundi quae non innumerabiles
 15 habeat analogias? caelum an mare an terra, quae in his? § 24
 Nonne in caelo ut ab aequinoctiali circulo ad solstitialem et
 hinc ad septemtrionalem divisum, sic contra paribus partibus
 idem a bruma versum contraria parte? non quantum polus (p. 472 Sp.¹)
 superior abest [et abest et] a septemtrionali circulo et is ad
 20 solstitium, tantundem abest inferior ab eo quem ἀνταρκτι-
 ζὸν vocant astrologi et is ad brumalem? non, quemadmodum
 quodque signum exortum hoc anno, [quod] quotquot annis

1 grecia F. — 2 ablatis F, allatis Laetus, quod adlatis scripsi.
 — synorum et capullarum F. — 3 'fort. iis' LSp. — incontaminatis]
 LSp, incontaminati F, ut contaminatis Müller. — 4 nollent quae F,
 corr. H. Stephanus. — docuerit F (Keil), docuit p. — oratio F, corr.
 Rholandellus. — praeter Victorius, Vertr. — 5 volent Sciop-
 pius. — 8 seruor F, seruorum p, corr. Aldus (H?). — 10 sed om.
 vulg. ex B. — indoctis] Augustinus, inductis F. — 11 non] nomen
 F, corr. vulg. ex B. cf. C. F. W. Müller p. 423, Reiter p. 70 sq. 73.
 — 15 quae] an aer et cetera quae sunt vulg. ex B, an quae sunt
 Müller, quaeque LSp olim, Christ. — 17 contra] contra a F (Groth).
 — 18 idem] Id ē (h. e. id est) F. 'fort. inde ad brumam' LSp. nisi inter-
 pretis est id est a bruma. — polo F, corr. Scaliger. — 19 et abest et]
 del. Müller, LSp. et abest. . tantundem abest om. vulg. — circulo et is]
 Müller, circumit cum his F, 'conieceram circuitu et is. . tantum' LSp.
 — 20 solistitium F (Groth), solstitium F (Keil), 'fort. solstitialem' LSp. —
 artiarcti uocant^{con} F, arti articon M, articon V p, artiaticon a, arcicium
 G, antarcticum H, ἀνταρκτιζὸν antarcticum B et omisso vocab. latino
 vulg. — 22 quod] om. Aldus.

§ 25 eodem modo exoritur? num aliter sol a bruma venit ad aequinoctium, ac contra, cum ad solstitium venit, ad aequinoctialem circulum et inde ad brumam? nonne luna, ut ab sole discedit ad aquilonem et inde redit in eandem viam, sic inde fertur ad austrum et regreditur inde? Sed quid 5 plura de astris, ubi difficilius reperitur, quid sit aut fiat in motibus dissimiliter?

§ 26 19. At in mari, credo, motus non habent similitudines (p. 473 Sp.¹) geminas, qui in XXIII horis lunaribus cotidie quater se mutant, ac cum sex horis aestus creverunt, totidem decreverunt, rursus idem, itemque ab his! an hanc analogiam ad diem servant, ad mensem non item aliam, motus sic item cum habeant alios inter se convenientes? de quibus in libro quem de aestuariis feci scripsi. 10

§ 27 20. Non in terra in sationibus servata analogia? nec (p. 474 Sp.¹) cuiusmodi in praeterito tempore fructuum genera reddidit similia in praesenti reddit? et cuiusmodi tritico iacto reddidit segetes, sic ordeo sato proportionem reddidit parilis? non ut Europa habet flumina lacus montis campos, sic habet Asia? 20

§ 28 21. Non in volucris generatim servatur analogia? non ex aquilis aquilae atque ut ex turdis qui procreantur turdi, sic ex reliquis sui cuiusque generis?

22. An aliter hoc fit quam in aere in aqua? non hic (p. 475 Sp.¹) conchae inter se generatim innumerabili numero similes? 25 non pisces? an e murena fit lupus aut merula? non bos ad

F. fol. 24 b quam in aere

2 aequinoctium] et inde ad solstitium addit Christ p. 459. *conf.* LSp. Philol. XVII, 296 sq. — ac] an Laetus. — 'contra fort. del.' LSp. — 4 in eandem *corr. ex* ad eandem F. — 8 dissimilitudines F, *corr.* Müller. — 9 XXIII F, *corr.* Aldus. — lunaribus] cursibus *vel simile aliquid intercidisse statuit* Christ. — 10 estus F. — 11 'fort. item quae' LSp. *conf.* Madvig p. 175, Reiter p. 79 sq. — 12 'fort. servat' LSp. — aliam motus] scripsi, alios motus F. *conf.* Reiter p. 25. — sic item cum habeant] cum habeant, sic item Müller. 'fort. habeat' LSp. — 14 estuariis F. — scripsi . . . Non Scioppius, *vid. praefat.* — 15 servatur Scioppius. — 17 reddat et Laetus. — 18 reddit parilis vulg. — 22 qui *om.* Vp. — 23 suis F, *corr. vulg. ex* B. *cf.* Lachm. ad Lucret. p. 95. — 26 an e] sane F, *corr.* Augustinus.

homo rei
venit, ad
me hinc, et
ambulans
unde? Sed
et sic fati

et similitudo
sive quater
indidem de
analogia ad
vires sic item
vires in libro

analogia? nec
ra reddidit
iusto red-
dit passis?
campus, sic

analogia? non
inter turri,

non hic
sive similes?
non hoc ad

et p. 110. conf.
fert del. LSp.
vires F. cor.
vires ad simi
iust. item qui
fert. virel' LSp.
p. 21. - sic in
vires' LSp. -
ad profu. -
is reddis pass
et R. of. Latin
n.s.

W. O. W. W. W.

bovem collatus similis et qui ex his prognerantur inter se vituli? etiam ubi dissimilis foetus, ut ex [asino et] equa mulus, tamen ibi analogia; quod ex quocumque asino et equa nascitur id est mulus aut mula, ut ex equo et asina hinnulei.

23. Non sic ex viro et muliere omnis similis partus, § 29 quod pueri et puellae? non horum ita inter se [non] omnia similia membra, ut separatim in suo utroque genere similitudine sint ea paria? non omnes cum sint ex anima et corpore, partes quoque horum proportionem similes? Quid ergo § 30 cum omnes animae hominum sint divisae in octonas partes, eae inter se non proportionem similes? quinque quibus sentimus, sexta qua cogitamus, septima qua progneramus, octava qua voces mittimus? Igitur quoniam quae loquimur voce oratio est, hanc quoque necesse est natura habere analogias; itaque habet.

[24. An non vides, ut Graeci habeant eam quadriper- § 31 titam, unam in qua sunt casus, alteram in qua tempora, tertiam in qua neutrum, quartam in qua utrumque, sic nos § 30 habere? ecquid verba nescis ut apud illos sint alia finita, alia non, sic utraque esse apud nos? equidem non dubito, quin ani- § 32

2 vituli fort. ab interprete additum. — fetus F. — ex asino et equa] LSp, ex equa F, ex equa et asino vulg. ex B. — 3 equa] fort. equa quod] LSp. — 4 id est] idem Vp. mulus tamen. . id est om. GH. — 5 hinnuli Laetus. — 7 fort. pueri aut puellae] LSp. cf. Lachm. ad Lucret. p. 156, LSp Ueber d. Kritik p. 44 sq. — non om. Scioppius. — 8 similitudine sint ea paria] similitudines intra paria F, duo priora vocab. corr. Müller, posteriora Lachm. ad Lucr. p. 95. — 9 om̄s F. — 10 quoque] Mp Laetus, quaque FGHVa. — 11 om̄s F. — sunt F, corr. Laetus. — 12 eae] e^te F, hae G. — non] n F (Keil). — similes corr. ex similis F (Keil). — 14 fort. vocem] LSp. — quae] Christ, qua F. — 15 oratio est] LSp, orationem F. nisi fuit qua loquimur vocamus orationem. — 17 habent HVp. — quadriper- titam] quadruplicatam MB, Laetus. — 18 sunt] LSp, sit F, sint M. — 20 ecquid] Scioppius, et quid F, et qui a. — sunt Scioppius. — 21 non] ne F, corr. vulg. ex B. — sic om. p. — utraque] vulg., ultra F. 'an verba?' LSp. cf. Lachm. ad Lucret. p. 314. — quin animadverteris] Scioppius, qui animaduertunt F, qui animadverte- runt vulg. ex B. quin qui animadverterint inveniant innumerabilem Madvig p. 175.

madverteris item in ea innumerabilem similitudinum numerum, ut trium temporum verba, ut trium personarum.

25. Quis enim potest non una animadvertisse in omni oratione esse ut Legebam Lego Legam sic Lego Legis Legit, cum haec eadem dicantur alias ut singula, alias ut plura 5 significantur? Quis est tam tardus qui illas quoque non animadvertit similitudines, quibus utimur [in] imperando, quibus in optando, quibus in interrogando, quibus in infectis rebus, quibus in perfectis, sic in aliis discriminibus?

§ 33 26. Quare qui negant esse rationem analogiae, non 10 vident naturam non solum orationis, sed etiam mundi; qui autem vident et sequi negant oportere, pugnant contra naturam, non contra analogian, et pugnant volsillis, non gladio, cum pauca excepta verba ex pelago sermonis populi minus trita afferant, cum dicant propterea analogias non esse, simili- 15 ter ut, si quis viderit mutilum bovem aut luscum hominem

(p. 479 Sp.) claudicantemque equum, neget in [cornibus] bovom hominum et equorum natura similitudines proportione constare.

§ 34 27. Qui autem duo genera esse dicunt analogiae, unum naturale, quod ut ex *lenti* nascatur lentis sic ex [*lupino*] lu- 20

1 in ea] LSp, in eam F, in eis Scioppius, in eum Müller. — similitudinum] Scioppius, similitudinem F. — numerum delet LSp servato similitudinem. — 2 verba ut] verbi aut LSp. *rectius fort.* verbi et. — 3 non una] nomina M V p Laetus, non vulg. ex B. — 4 lego] lego lego F. — sic] si F, *corr.* Bentinus. — 6 significant vulg. ex B. — animadvertit] LSp, animaduertit F, animadvertat Scioppius. — 7 in imperando] Scioppius, imperando F. — 8 *fort.* infecti verbis quibus in perfecti] LSp. — 9 aliis] *conf.* Reiter p. 112 sq. — 10 *rationem F. fort.* in oratione analogian] LSp. — non videt F. — 12 autem] tum V p, cum MB, Laetus. — 14 populi] LSp, puli F, puri Aldus. — 15 *fort.* cum afferant *pro* afferant cum] LSp. — 16 *fort.* ut si, siquis *vel* quis qui] LSp. *licet etiam* ut si, qui. — 17 claudicantem M, Laetus, vel claudicantem Scioppius. *fort.* claudicantemve] LSp. *conf.* Reiter p. 83. — cornibus *om.* Scioppius. *adscriptum erat haud dubie ad* mutilum *vocem.* — bouom] *sic* F, bovum H p, boum V M a Laetus. — 18 aut equorum G H. — 19 qui] *fort.* quod] LSp. *vel* quae. — autem] cum M, Laetus, autem cum vulg. ex B. — esse *om.* V p, Christ. — analogiae *fort. del.*] LSp. — 20 *lenti nascatur] scripsi, natis nascuntur libri. de ablativo lenti conf.* Charis. 126, 7 et 6 *al.*, *de nominativo lentis* Prisc. 7, 64. *ex lentibus seminatis nascuntur lentis sic ex lupinis lupinum B et quae*

sollo : tenacita

polémica contra la teoría de
dos analogías, de la cual una no sería
verdadera anal.

cf. viii
relat.
consuet.

voluntarias declinatus: derivatio
naturalis " flexio

cf. viii
(analog.)
(anal.)

pinum, alterum voluntarium, ut in fabrica, cum vident scenam ut in dexteriore parte sint ostia, sic esse in sinisteriore simili ratione factam, de his duobus generibus naturalem esse ana- (p. 480 Sp. 1) logian, ut sit in motibus caeli, voluntariam non esse, quod
 5 ut quoique fabro lubitum sit possit facere partis scenae; sic in hominum partibus esse analogias, quod eas natura faciat, in verbis non esse, quod ea homines ad suam quisque voluntatem fingat, itaque de eisdem rebus alia verba habere Graecos, alia Syros, alia Latinos — ego declinatus verborum
 10 et voluntarios et naturalis esse puto, voluntarios quibus ho- (p. 481 Sp. 1) mines vocabula imposierint rebus quaedam, ut ab Romulo Roma, ab Tibure Tiburtes, naturales [ut] ab impositis vocabulis quae inclinantur in tempora aut in casus, ut ab [Romulus] Romulo Romuli Romulum et ab Dico Dicebam Dixe-
 15 ram. Itaque in voluntariis declinationibus inconstantia est, § 35 in naturalibus constantia, quas utrasque quoniam iei non debeant negare esse in oratione, quom in mundi partibus omnibus

natis retinet vulg. satis Augustinus. haec adscripserat LSp: 'fort. ex satis nascuntur lentibus lentis . . sic ex lupinis lupini', sed postea ex satis induxit. — sic ex] sic et libri, ficei Lachm. ad Lucret. p. 56, cicer Ant. Miller. — lupino] addidi, om. libri, vid. supra. — 2 sinistrore M. — 3 facta vulg. ex B. 'fort. facta et' LSp. — 'fort. in naturali esse . . in voluntario vel naturale . . voluntarium' LSp. — analogicen MB, Laetus. — 5 quoique] B, quoque F, cuique vulg. — 6 analogias] analogias naturales p. — 'fort. analogian quod eam' LSp. — eas] Laetus, ea F. — facit M, Laetus, fecit vulg. — 7 esse] naturalis itidem sed voluntarios p, esse naturales itidem sed voluntarios V. — ea] et M, Laetus. — 8 fingant Aldus, fingunt MB, Laetus. — 9 siros F. — 10 voluntarios quibus . . aliis verbis (p. 205, 10–208, 15) om. V. — 11 imposierint FM, imposuerunt GHp, imposuerint ceteri. conf. ad p. 39, 5. — 12 tybere tyburto F, Tiburno Ursinus apud Scioppium 'fort. Tiburs ut VIII § 53' LSp. — ut] 'fort. del. vel autem scrib.' LSp. — 13 quae inclinantur] 'fort. qui declinantur' LSp. — tempore FGMp. 'fort. in casus aut in tempora' LSp. — Romulus] addidit vulg. 'fort. Romulus Romulo Romulum' LSp. — 14 dixi dixeram Stephanus. — 15 itaque in] itaque ut in aliis quoque rebus sic in rebus accidit quia in p. — 16 constantia] inconstantia F (Keil), constantia corr. ex inconstantia F (Groth), constantia in M. — quoniam] 'fort. quom, nisi debent scripseris cum p' LSp. — iei] lei GHap, id M, Laetus. — 17 quom] a, quam FGHp, quae Rholand., quod vulg. ex B. cf. § 113.

sint, et declinationes verborum innumerabiles, dicendum est
 (p. 482 Sp.¹) esse in his analogias. neque ideo statim ea in omnibus verbis
 est sequenda; nam si qua perperam declinavit verba consuetudo,
 ut ea aliter sine offensione multorum [*efferrī non possint*], hinc
 rationem verborum praetermittendam ostendit loquendi ratio. 5

28. Quod ad universam pertinet causam, cur similitudo
 § 36 et sit in oratione et debeat observari et quam ad finem
 quoque, satis dictum. Quare quod sequitur de partibus sin-
 gulis deinceps expediemus ac singula crimina quae dicunt
 [*contra*] analogias solvemus. In quo animadvertito natura 10

§ 37 quadruplicem esse formam ad quam in declinando accommo-
 dari debeant verba, quod debeat subesse res quae designetur,
 (p. 483 Sp.¹) et ut ea res in usu, et ut vocis natura ea sit quae signifi-
 cavit, ut declinari possit, et [*similitudo*] figura verbi ut sit ea
 quae ex se declinatu genus prodere certum possit. Quo ne- 15

§ 38 que a terra Terrus ut dicatur postulandum est, quod natura
 non subest, ut in hoc alterum maris, alterum feminae debeat
 esse; [*sic*] neque propter usum, ut Terentius significat unum,
 plures Terentii, postulandum est, ut sic dicamus Faba et
 Fabae; non enim in simili usu utrumque; neque ut dicimus 20
 ab Terentius Terentium, sic postulandum ut inclinemus ab

F. fol. 25 possit et . . feminum

*hypothetice ut videtur
 vitio factum, ut
 quod rectis litteris
 scribendum erat 'sic'
 scribatur obliquis.
 Sed idonea deest delanda
 causa.*

perinepte

1 sit H (?) M Laetus. — '*fort.* verborum naturales esse innume-
 rabilem . . analogian' LSp. verb. naturales dic. est esse [et esse] Christ.
 — 2 analogiam vulg. — eas . . esse sequendas p. — 4 efferri non
 possint] *addidit* Aldus *post aliter posita, post multorum posuit* LSp.
vid. § 16 et 5. — 5 rationem] a, orationem F. — '*fort.* haec in oratione
 verba praetermittenda esse ostendit *quod melius videtur quam* horum
 orationem *vel* pronuntiationem' LSp. *fort.* declinationem *pro* hinc ora-
 tionem. — 7 'quem?' LSp. — 9 deinceps F (Groth). — 10 *contra*] *add.*
 LSp *coll.* p. 196, 21, in *add.* vulg. *ex* B. *sed* analogias *fort.* *pro* *gene-*
tivo accipiendum. — 12 debeant a. — resque designentur F, *prius corr.*
 Rholandellus, *posterius* Laetus. — 13 ut ea res] GHa, ut cares F,
 sit et res p, sit ea res Laetus. — '*fort.* in usu sit' LSp. sit in usu
 Christ. — quae id significavit Müller. '*malim abesse significavit ut*'
 LSp. — 14 similitudo *del.* Ant. Miller. — figurae Müller. '*fort.* si
 similitudo *vel* in figura' LSp. — 15 declinatu] LSp, declinata F. — pos-
 sunt F, *corr.* Augustinus. — 18 *sic*] *seclusit* LSp, *cf.* Madvig, Cic.
de fin. p. 808 ed. 2. — 20 simili usu] LSp, similis F, similibus Laetus.
 — 21 '*fort.* Terentium, postulandum ut sic declinemus A et B' LSp.

L4. Scilicet Aldi additamentum quomodo decipere potuerit editores miror: corrumpitur et sententia et grammatica, quae verba sic coniuncta valde dubito num possit tolerare. Mihi aut ^{aut declinari possunt} 'efferi possunt' aut nihil addendum esse videtur, nescis enim an ^{significationem} generatorem supplere liceat, velut 'se habeant' vel adeo 'sint'; 'aliter' h. e. non perperam sed recte declinata. Quod si verum est, sequitur ut in sequentibus post 'verbum' addatur 'non': 'ratio verborum' est anachronica quae una certa regula s. ratione verba declinet, sic dicta, ni fallor, supra in l. III. f. X 36. Quint. II, 1.

Wilmanns p. 81

ante declinationem
et in declinatione videtur

A et
neque
figura
effoc
i simili
quod in
fient in
29.
verbum,
tamen
significan
cum mol
sed quoc
niti), in
s u virile
na non
mlebris
irma et
quam alba
lramque
que vir
d sic mu

1 quere
viam L.
vith. —
lud V. —
irma d
irma d
M. ller, in
14 d
lud VIII
Alca. —
lud Liby
parum B.
in itaque
I. corr. Al
pauca B.
le. — yon

A et B, quod non omnis vox natura habet declinatus; neque in forma collata quaerendum solum, quid habeat in figura simile, sed etiam nonnunquam in eo quem habeat effectum. Sic enim lana gallicana et apula videtur imperito (p. 484 Sp.¹)

5 similis propter speciem, cum peritus apulam emat pluris, quod in usu firmior sit. Haec nunc strictim dicta apertiora fient infra. Incipiam hinc.

29. Quod rogant, ex qua parte oporteat simile esse § 40
verbum, a voce an a significatione, respondemus a voce; sed
10 tamen nonnunquam quaerimus genere similitudine sint, quae significantur ac nomen virile cum virili conferimus, feminae cum muliebri, non quod id quod significant vocem commoveat, sed quod nonnunquam in rebus dissimilis figurae formas [similis], in similibus imponunt dispariles, ut calcei muliebres sint (p. 485 Sp.¹)
15 an viriles dicimus ad similitudinem figurae, cum tamen sciamus nonnunquam et mulierem habere calceos viriles et virum muliebris. Sic dici virum Perpennam ut Alphenam muliebri § 41
forma et contra Parietem ut Abietem esse formam similem, quom alterum vocabulum dicatur virile, alterum muliebre et
20 utrumque natura neutrum sit. itaque ea virilia dicimus non quae virum significant, sed quibus proponimus Hic et Hi, et sic muliebria in quibus dicere possumus Haec aut Hae.

2 querendum F. — 6 sit] 'immo est' LSp. — 9 verbum 'fort. verbo verbum' LSp. — a voce an a] oboceana F, ab voce an Laetus. conf. Groth. — 10 querimus F. — 11 virile] viri Scioppius. — 12 significat F. — voces vulg. ex B. — 13 re similis p. — in rebus diss. fig. formas similis in similibus] LSp, in re diss. fig. formas indissimiles F (formas dissimiles G), in re dissimili similis figurae formas, in re simili Müller, in rebus similis figurae formas dissimiles Reiter p. 121 sq. — 14 disperiles F, dispares H. — 17 'fort. sic dicimus' LSp. — ut Alphenam] aut plenam F, corr. Müller ex p. 178, 16, aut Percelnam Aldus, vid. VIII § 81, et M. Laecam vulg. ex B. — 18 formam F, corr. Aldus. — forma Aldus. forma simile Ant. Miller. 'fort. forma simile' LSp, quod verum vid. deleto esse. — 19 quom] Müller, quo F, quorum B, cum vulg. — ^{di}uocatur F, unde uocatur H. — 20 sit itaque] sic itaque F, corr. Ant. Miller, Reiter p. 97. — 21 virum] utrum F, corr. Aldus. 'tale quid requiro forma tantum virum' LSp. — praeponimus Bp. cf. X § 80. — 22 sic del. A. Miller. forsitan fuerit Hei, sic. — possumus] M, Laetus, possumus F. — et hae Bp, vulg.

sed valde offendit
diversa imponendi
verbi constructio

§ 42 30. Quare nihil est, quod dicunt Theona et Diona non esse
(p. 486 Sp.¹) similis, si alter est Aethiops, alter albus, si analogia rerum
dissimilitudines adsumat ad discernendum vocis verbi figuras.

§ 43 31. Quod dicunt, simile sit necne nomen nomini impru-
denter Aristarchum praecipere oportere spectare non solum 5
ex recto, sed etiam ex eorum vocandi casu; esset enim de-
ridiculum, si similes inter se parentes sint, de filiis indicare;
qui errant, quod non ab eorum obliquis casibus fit, ut recti
simili facie ostendantur, sed propter eos facilius perspici si-
militudo potest eorum quam vim habeant, ut lucerna in tene- 10
bris allata non facit quae ibi sunt posita similia sint, sed ut

(p. 487 Sp.¹) § 44 videatur, quae sunt quouismodi sint. Quid similius videtur
quam in his est extrema littera Crux Phryx? quas qui audit
voces auribus discernere potest nemo, cum easdem non esse
similes ex aliis verbis intellegamus, quod cum sit Cruces et 15
(p. 488 Sp.¹) Phryges et de his extremis syllabis exemptum sit E, ex altero
fit, ut ex C et S, Crux, ex altero, G et S, Phryx; quod item ap-
paret, cum est demptum S; nam fit unum Cruci, alterum Phrygi.

1 nichil F. — 2 ethiops F. — albus] gallus F, corr. Müller ex
p. 178, 13, C. L. Roth Philol. XVII, 176. — 3 'vocis fort. del. vel scrib.
voce' LSp. — 4 impudenter F, corr. vulg. ex B. — 5 aristarcum F.
— 'fort. spectarei' LSp. — 6 'fort. esse enim' LSp. ita etiam C. F. W.
Müller p. 424, Madvig Adv. II, 175. — 7 ridiculum vulg. — similes
sic F cum ceteris, sed F fort. corr. ex similis. — 'fort. e filiis indicarei,
errant' LSp. — 8 eorum] LSp, eo F, om. vulg. — 9 simile F, corr.
ni fallor Laetus, 'scrib. similei' LSp. — 10 habeat] Laetus, habeant F.
— 11 facit ut quae LSp olim. prob. Groth. — 12 videatur] scripsi, videantur
libri. — sunt quouismodi sint] LSp Comment. p. 14, O. Müller in
Fest. ed. p. XLIV. cf. Reiter p. 44 sq. sunt quouis dissint F, sint quaeve
desint vulg. — 13 littera X crux H. — phryx] Aldus, fryx Rhol.,
frix F, frux vulg. ex B, sed vid. § 75, 76. 'scrib. phryx et sic in seqq.'
LSp. — 14 easdem] 'immo eas' LSp. fort. del. similes. — 15 verbis] ver-
borum casibus p. 'an fuit supra in his verbis? hic requiro ex obliquis
casibus' LSp. verborum formis Christ. — 16 phryges] Aldus, friges^{um}
Rhol., friges F, fruges vulg. ex B. — exemplis F (Keil), exemplum corr.
ex exemplis F (Groth), exemplius M, exemplis B, exemplum ceteri, corr.
Aldus. — 17 cruce B, Scioppius. — phryx] Aldus, frix F, frugs B,
Scioppius. 'fort. exemptum sit E, X altero fit ex C et S, altero ex
G et S, quod' LSp. malim: x alterum fit ex c et s, crux, alterum ex g
et s, phryx. — 18 est demptum] 'fort. exemptum sit' LSp. — phrygi]
Aldus, frigi F, frugi vulg. ex B. 'fort. cruce, alterum Phryge' LSp.

exemplum de la vita stercis alpe
Episcopus romanus

33
similit
et in
min
5 negat
habes
3
in sup
ris, re
10 quo ad
argento
Rogant,
alios ex
Ad quae
15 dines) qu
videre;
et altitudo
similis in
unius ge
ducta sit
sed quae

1 quod
sex ad sing
in maiore p
minore) mal
ritore non
tamen est,
sunt l. Sp.
quod non
vita sequi
'laxis
add. vulg.
sui prout
- 14 non
similitudine
Reter p. 1
Sop. F. —
qui F. cor
Lactua.
Spong

32. Quod aiunt, cum in maiore parte orationis non sit § 45
similitudo, non esse analogian, dupliciter stulte dicunt, quod
et in maiore parte est et si in minore parte [est et si in
minore] sit, tamen sit [in maiore], nisi etiam nos calceos
5 negabunt habere, quod in maiore parte corporis calceos non
habeamus.

33. Quod dicunt nos dissimilitudinem . . . itaque in vestitu, § 46
in supellectile delectari varietate, non paribus subuculis uxori-
ris, respondeo, si varietas iucunditas, magis varium esse in
10 quo alia sunt similia, alia non sunt; itaque sicut abacum
argento ornari, ut alia [paria sint, alia] disparia, sic orationem.
Rogant, si similitudo sit sequenda, cur malimus habere lectos § 47
alios ex ebore, alios ex testudine, sic item genere aliquo alio.
Ad quae dico non dissimilitudines [nos solum, sed similitu-
15 dines] quoque sequi saepe; itaque ex eadem supellectili licet
videre; nam nemo facit triclinii lectos nisi paris et materia
et altitudine et figura. quis facit mappas triclinaris non (p. 490 Sp.)
similis inter se? quis pulvinos? quis denique cetera, quae
unius generis sint plura? Cum, inquit, utilitatis causa intro- § 48
20 ducta sit oratio, sequendum non quae habebit similitudinem,
sed quae utilitatem. Ego utilitatis causa orationem factam

